Epistola 245. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEIUS. 336

Literas tuas, mi fili charissime, accepi. Ad eas quod respondeam privatim, nihil est. ~~Illi [illegible] ei. Ab [illegible] illi laudabit. Dum sunt de libro [illegible] Super pondera diversa sunt. Cujus unciae super pondium [illegible] libra, id constat 27 florenis. Cætera constant 2 florenis. Quod accepisti Eum, et [illegible] intelligemus. De [illegible] Deo tandem [illegible] Elohim ipsum laboravi. Informandus est [illegible] fortè per [illegible], de [illegible] officiis.~~ Exitus negotij quod habuit Academia cum Consistorio super testimonio Ecclesiastico Candidatorum hic est. Auditi sunt à Commissariis professores Van Thienen et Lindanus, soli Assessores præsentes, adfuit illis D. Colonius Secretarius. Ex parte Consistorij Regens, de Matter, et loco dom. Hoornbeek D. de Witte. D. de Wimmenum totum gravem edidit relationem ad Ordines, nihil autem Collegis. Tamen Ordines decreverunt, ut Consistorium abstineret à novitate, donec ipsis aliter visum esset. Cætera ut expedirent Commissariis mandarunt. Sed hoc erit ad Col. Graecas. Ultro citroque standum convenit Synedrium cum Commissariis. Illi rogarunt, ut Synedrium vellet agere res suas more solito. Responderunt, se paratos esse agere more solito, si e. absentibus Commissariis. Indignati sunt Commissarii tanquam si irriderentur. Dixerunt, se non posse nec velle aliter. Commissarij provocarunt ad sacras literas, quas non retaxarent, nisi fieret. Pastores responderunt, se id demonstraturos, tum modò non exigerentur terminis expressis et talia argumenta reciperentur, qualia pro pædobaptismo proferuntur. Hoc igitur expectatur. D. Hoornbeek bis ibi fuit. Suasit magistratui, ut de Classibus et Synodo permitterent. Non invenit magnam gratiam. Sperat Synedrium se paulatim diversum Senatum. Vale cum filiis charissimis. Lugduni d. 7. Januarij 1660.

Tui amantissimus

Joh. Cocceius.

Quod rogatum magistratus primò amicam, secundò seriam, Synedrium convenit id quidem cum deputatis. Prima vice nec preces dictæ, nec quicquam actum. Altera vice levius advenere deputati. Nihil tamen actum.

R. V. D. Gulielmo
Anklaar V. D.
M. genero meo
Dilectissimo.

mit $\frac{1}{4}$ botter